

Ego Jacobus Imperialis aulae not. autenticum hujus exempli sigillo cereo cum mula figillatum, in quo continebatur S. AMBROSIUS videns legi &c.

MCLXXXVIII. col. 72. n. 58. Haec emendanda: lin. 31. *indict. XII dele unitatem, & remanebit indictio XI.* col. 73. lin. 3. *Uberto de Fredona corrige Uberto de foro.* lin. 5. *Quae non clara; tollenda vox non* lin. 17. *Casino l. Cassine, o Caxinis.* col. 74. lin. 45. *Cabmagna l. Calamagna.*

MCLXXX. col. 77. n. 60. *Edictum fuit a Ghilino in anal. Alexan. pag. 9. apud quem rectius ita incipit, Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis &c. reliquas differentias omitto, quia variantes Ghilini spurias evidenter cognovi.*

MCLXXX. col. 78. n. 61. *Hic unum moneo col. 79. lin. 17. videndum num sit Ponzoni legendum, an Ponzani. Agitur de Marchionibus Boschi, qui forte Ponzoni adhuc jura aliqua conservabant; ita num corrigenda sit lectio, quae col. 58. lin. 62. doc. 44. habet Pecentum, & Ponzanum. Facile enim fuisset librario unam vocalem in alteram finitimam mutare.*

MCLXXX. col. 79. n. 62. *Duae, circa hanc causam prolatae ab hoc Episcopo sententiae membranae Aquis existunt; altera in Episcopali, altera in Ecclesiae majoris tabulario. Prior exhibet textum sub hoc numero a me relatum, cui antiquissimo caractere erat inscriptus titulus huic chartae a me praefixus: altera lectiones lineis inclusas. Hujus cum nuper videndi facta fuisset facultas, puriores lectiones excerpti, quas hic dabo: lin. 56. S. Mariae &c. l. S. Mariae Aquis &c. lin. 57. Johannis ex altera l. Johannis pro Ecclesia S. Caloceri ex altera parte lin. 63. hospitaliariorum l. Hospitalis.*

Col. 80. lin. 4. *recepit. de quibus l. recepit, de quibus. lin. 8 deest in hoc autographo linea, quae incipit eandem usque ad verbum duas partes lineae sequentis. lin. 12-3 in fine dele punctum, & lege, sicut dictum est de Hospitalariis, & conversis. Si vero nuncius. Ut causa hujus controversiae penitus intelligatur, praenoscenda origo ordinis Hospitaliorum. Fuit hic a Paschali II. approbatus an MCXVIII., deinde ab Innocentio II. per epistolam, seu Bullam ad omnes Archiep., & Episcop., quae incipit. Inter Religiosos, in qua eis inhibet, ne audeant vel baptisma parvulis, vel poenitentias morientibus dare, quae etiam officia sacra ab hoc Episcopo Aq. Canonicis reservantur. Praeter superiorem aliam edidit hic Pontifex quae incipit: Quam amabilis &c. an MCXXX. quae potuit occasionem huic controversiae suppeditare. In hac vero, quam summus Pastor jussit ab omnibus Episcopis per Parochos promulgari, tria statuit I. ut eis elemosinam, & beneficia annuatim conferentibus septimanam inunctae poenitentiae indulgerent. II. Ut qui habitum fraternitatis assumerent, si forte Ecclesiae ad quas pertinent a divinis officiis fuerint interdictae, eosque mori contigerit, sepultura Ecclesiastica eis non denegetur. III. Permittit, ut suos confratres sepelire possint in suis Ecclesiis, nisi sint excommunicati, & sine alieni juris praesidio.*

MCLXXXI. col. 80 n. 63. *Deductum est hoc documentum ex membrana Capituli, quam acceptam referimus Guidoni II., qui ut Ecclesiae suae jura serva-*

ret, pene omnia antiqua documenta renovavit. Sic autem incipit. In nomine Domini. Amen. Hoc est exemplum Scriptum per me Bartholomeum Notarium ad originalia instrumenta coram venerabili viro D. Presbytero Alberto Baudazono Archipresbytero plebis de Bestagno ad instantiam R. in Christo P., & D. Guidonis D. G. Aq. Episc., & Comitis. Post Uberti decretum adest charta venditionis Margaritae Malocellae Abbatissae de anno 1314. die 6. aprilis, & decretum Archiepiscopi Januensis eodem die, & anno, quod infra col. 277. n. 275. suo loco proferam; postea subscriptiones Notariorum, quae sic se habent. Ego Dominicus de Culardis de Bestagno &c. Ego Franciscus Novellus de Tercio &c. Ego Bartholomaeus de Grignasco de Novaria Canonicus Tridentinensis imperiali auctoritate Notarius, scribaque dicti D. Episcopi haec autentica ad praedicta tria &c. Originalia fideliter scripsi anno 1351. ind. IV. die VII. mensis novembris. Ex hujus membranae attenta lectione haec in meo codice emendanda statuo. L in 41. post Aquensium adde Canonicorum. lin. 45 proprietatem lege potestatem lin. 46. quibus & l. in omnibus & lin. 49. post pietatis adde nostrae. lin. 62. & ejusdem l. & conventus ejusdem. lin. 63 suarum l. tuarum. col. 81. lin. l. 3. perspeximus l. perspicimus. lin. 14. post exactione b. voluntaria. lin. 21. post Martini adde verbum, quod si bene in veteri compendiarie scripturae intelligo, est consueverunt. lin. 27. consentientibus l. consentientium. lin. 28. post factum lege decernitur. lin. 34. post Aquensis adde subscripsi lin. 36. Ardicio l. Ardizio. lin. 42. Henrici l. Anrici. lin. 44. post Ecclesiae B. adde Martini de Gamundio lin. 47. post de Burgo adde, Fornarii. lin. 51. Dei, error Typographi loco D. I. scilicet Dominicae Incarnationis. lin. 54. hinc rogatus l. hinc inde rogatus. lin. 55. Canonici l. Canonicorum. Hisce duo subjungenda, quorum primum est ex hoc anno usque ad initium saeculi XIV notarios consuevisse conjungere diem hebdomadis currentis cum die mensis, ut ex hac charta, ac sequentibus intelligimus. Excipiendi sunt Notarii Germani vel qui Germanis Imperatoribus, ac Legatis inserviebant, ut ex documentis n. 88. 89. col. 103. 104. Alterum est Januense hoc monasterium S. Thomae jam pridem desisse, atque monachus dimissis Ecclesiam in parochiam erectam sequiori aevo fuisse. Hoc nos edocet Antonius Georgius Franchelli, qui in libro, cui titulo, Sagei Cronologici di Genova edit. Januae MDCLXXXIII. pag. 148. haec habet: S. Tom. Rettoria Parochiale era prima Monastero di Monache, quali avevano autorità di conferire a modo loro possibile beneficio, come appare da istromento di Pietro Ceriana del 1453. Conferiano pure la Rettoria di S. Nazario della Diocesi d'Acqui con tenue pensione in riconoscimento. Licet autem hic nulla mentio de harum duarum Ecclesiarum B. Martini, & B. Egidii dependentia ab hoc Monasterio, utpote res a tempore, quo hic scriptor florebat, nimium remota, inde tamen ediscimus Ecclesiam Parochialem S. Nazarii (de Predasco) fuisse huic Monasterio antiquis temporibus subiectam, in quam san-